



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

291. feria 5. de proprietatibus| ejusdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

514 *Ferias. Dom. 17. post Pentecost.*
ate, si factu non licet, pro eo vitam
fundendo.

MEDITATIO CCXCI.

Feria 5. Domin. 17. post Pentecost.

De proprietatibus amoris Divini.

Aspiciam Dominum, ut amatorem ardentissimum, qui in manibus suis descripsit me, nec ad momentum obliviscitur mei, ut & ego ejus recorder. Petam agnoscere proprietates divini amoris, & assequi.

Conf. 1. Quomodo Dominus pro beneficijs, quæ immensa confert, solum amari desideret. In agendo nobiscum sui rationem non habebat, nam fatigatus in domum secedens, ita passus est a turba se occupari, ut non posset, neq; panem manducare; Marc. 3. Hanc charitatem docuit in bonis successibus, & malis; propter defectum charitatis vocat diabolum homicidam ab initio mundi. Joan 8. Ideo diligam eum 1. affectu cordis, omnem cogitationem, affectum, jucunditatem meam in illo collocando, non aliter, quam infans, cui dulce Matri adherere, molestum, vel ad momentum ab ea divelli.
2. Diligam eum amore operum, omnia agenda, & omittenda subijciendo ejus voluntati, opera quotidiana illi offerendo, & ad majora & perfectiora me extendendo, non
solis

Feria 5. Domin. 17. post Pentecost. 51

solis inefficacibus desiderijs inhaerendo. 3. Diligam eum amore unionis, statuendo in nullo me ipsum quaerere, sed Domini gloriam; ab inuuli memoria, & amore creaturarum me abstrahendo, & Dei cognitioni actuali, affectibusque ejus inhaerendo. 4. Diligam eum amore sollicitudinis, omnem otiositatem vitando, ignaviam & torporem in divinis obsequijs abijciendo, in studia sanctorum operum & affectus amoris incumbendo. 5. Diligam eum amore nudo ab omni creaturarum amore, puro ab omni sensuum & affectuum in mortificatione, libero, nihil divini obsequij propter homines omittendo; alieno ab inuitu commodi. 6. Diligam amore forti, dura, & aduersa patiando, & nullius detrimenti causam ab ejus amore discedendo. 7. Diligam amore perseveranti, nunquam per peccatum ab eo me separando, & si vita per millia millium annorum esset trahenda, semper fidelis amator permanendo.

MEDITATIO. CCXCII.

Feria 6. Domin. 17. post Pentecost.

De effectibus amoris Divini.

Videbo amorem Divinum instar arboris mirabiles virtutum fructus producentem, quos ab eorum possessore Domino **Jesv** petam, **Y 6** **Sens.**